

propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redigerent, ver. 5. iis neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelij permanereret apud vos.

67. Deinde pericula attendenda quæ ex tali cessione proveniunt: Idololatæ enim & hæretici in sua Idolomania & hæresi magis confirmantur: piæ mentes offenduntur: libertas Christiana labefactatur: veritas denique Evangelij obscuratur & concutitur.

68. Quô respiciens D. Paulus, in usu rei metè adiaphora peccanti & nimium Iacobitis Iudæantibus indulgenti Petro, in faciem resistere veluit, ipsumq; publicè hoc nomine corripere. Gal. 2, 11. & seqq.

69. Tùm si vel maxime lucrum aut bonum aliquod ex cessione ista sit sperandum: exigui tantum temporis illud erit, & ingentia incommoda, quæ inde consequentur, minuto bono longè præpondentabunt.

70. Cedendo enim nunquam mitescit: sed subinde magis feroceſcit Satanas: hostes roberantur atque armantur in sua impietate & erroribus: novarum persecutionum & Schismatum fomes paratur: Ecclesiæ pomum Eridos obiicitur: auditoribus errandi atque dubitandi de religione occasio præbetur: infirmi perturbantur & offenduntur.